



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 104. Joannis Hasselii Lovaniensis Doctoris mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Spalatenſi Eccleſiæ Antiftitem præſe-  
cit, ſimulque in Patrimonii D. Petri  
Provincia Legationis munere decora-  
vit. Obit Cardinalis in flore juventu-  
tis ſuæ die trigeſima Januarii, corpus-  
que ejus primo apud PP. Auguſtinia-  
nos depositum, poſtea Venetias trans-  
latum ad Eccleſiam S. Georgii in Majo-  
rum ſuorum monumento prope Patrum  
ſuum fuit reconditum.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1551.

§. CIV.

*Joannis Haſſelii Lovaniensis Doct̄oris*

*mors.*

Eodem Anno Joannes Leonardus Haſ-  
ſelii Sacrarum Literarum Doct̄or,  
ac Profeſſor in Lovaniensi Univerſitate,  
cum Tridentinæ Synodo intereſſet, na-  
turæ debitum ſolvit, eique in Profeſ-  
ſoris munere ſucceſſerat infamis Michael  
Bajus. Porro Haſſelio adſcribuntur  
Commentarii in Iſaiam, & D. Paulum,  
qui typis excuſi prodierunt ſub nomine  
Adami Sasbouth ex Ordine Fratrum  
Minorum; hic enim patria Delphienſis  
ſtudiis vacaturus Lovanium contendit,  
ibidemque Haſſelii Magiſterio uſus fue-  
rat. Ceterum Haſſelii adſcripto pro-  
prio nomine ſuo nonniſi diſſertationem  
edidit *de Neſtarii Patriarchæ Conſtantino-  
politani fact̄o ſuper confeſſione*; cum enim

*Miræus de  
Script Eccl.  
Dupin. Bibl.  
des Aut.  
Eccl. tom.  
16. p. 2.*

N 5

hic

Sæc. XVI. hic Patriarcha Pœnitentiarii munus in  
A.C. 1551. sua Ecclesia exerceri prohiberet, inde  
 Protestantes ab eodem pariter Confessionem, ut vocant, auricularem fuisse abolitam, perperam inferebant: Hæfelius igitur in hoc suo libro demonstratum ibat, nequaquam Confessionem fuisse abrogatam, sed duntaxat usum eo tempore introductum, vi cuius non nisi unicus Sacerdos omnium Confessionibus excipiendis erat præpositus. Hic idem liber Synodo exhibitus, a Patribus fuit approbatus, continetque Dialogum inter duos Historicos Socratem, & Sozomenum, cui etiam Auctor præfationem adjecit, in qua totum Nectarii factum recensetur.

## §. CV.

*Martinus Bucerus Protestantium  
 Præco mortuus.*

*Sleid. l. 22.*

*p. 809.*

*Melch. Adam  
 in vita Theol.  
 German.*

*Thuan. l. 8.*

*pag. 262.*

*Bessuet. hist.*

*Var. l. 3.*

*art. 3.*

*Burnet. hist.*

*de la ref. tom.*

*2. l. 1. p. 247.*

**A**dulterina etiam reformatio hoc eodem anno Christi millesimo quingentesimo primo amisit Martinum Bucerum Argentinensium Protestantium Præconem. Erat is Anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo nonagesimo primo Schlettstadii natus, Vir fatis eruditus, ac indole doctus, magis tamen, quam Scholasticorum quiscunque alius in distinctionibus inve-